

tatis, Viperarum carne, ut ostendā, facile Medicus occurisset. Scribit enim lib. 4. de Abstinētia ab esu animalium Porphyrius: servum Crateris Medici, dum immanissima lepra laboraret, & carnes ossibus abscederent, potato vino in quo visa est Vipera mortua, statim convaluisse. Refert etiam Plinius lib. 30. Musam Medicum illum singularē Augusti temporibus Romæ in pessima ulcera incidisse, carnes enim utiq; ab ossibus abscedebāt, multis frustra adhibitis medicamentis tandem præparatas Viperas ei dedisse testatur, & mira celeritate perfanatum. Ecce igitur solutioni venenatæ continuitatis, etiam si ferro venenato contingeret, rationabiliter Viperae caro succurret, quoniam materiam, quæ unionem partium disjungit, extra corpus pellit, in totū natura ipsa unit, ablato impedimento, tutò & celeriter efficit.

— — — — —  
 QUIBUS MORBIS AN-  
 tiqui carne Viperina uterentur, Au-  
 ctorum sententiæ.

## CAP. XXIII.



EMOCRITUS Abderita mōstra ex Vipera facere pollicetur, ut avium sermones intelligantur. Plinius Auctor est lib 29. cap. 6.

jus